



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1460. usque ad annum 1478

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118332

§. 175. Cardinalis a Papa creatus

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66459](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66459)

Sæcul. XV. foedere Lusitanos sibi jungeret, sive quod
A.C. 1478. Oratorum rationibus expugnati essent, amicitiae pactum in oppido S. Joannis Luxensis ictum die nona Octobris utrinque firmarunt, his legibus, ut Castellani omnibus hucusque foederibus etiam cum Eduardo & Maximiliano sancitis nuntium mitterent; Galli autem Lusitaniae Regis, atque Joannæ Castellanae amicitiam dissolverent. Præterea inter eos conventum est, ut lis de Ruscinonis & Ceretaniae Comitatu arbitris dijudicanda traderetur; denique mutuam sibi sponderent auxilium contra quoscunque hostes, excepto Arragonum Rege, quem Ferdinandus & Isabella nunquam bello peterent, sed duntaxat operam suam impenderent, ut Arragonium ab armis Franciæ inferendis retraherent. Hoc ipso etiam foedere cetera omnia antehac inter utrumque Regem inita rata habebantur. Tam optati successus fama Parisienses ingenti lætitia replebat.

§. CLXXV.

Creatio unius Cardinalis.

Die undecima Februarii summus Pontifex Romam, qua urbe ob pestilentiae vehementiam excedere compulsus erat, reversus, quintam habuit Cardinalium creationem, qua tamen nonnisi unicum

*Addit. ad
Ciacon. in
Sixt. IV.*

cum ad sacram purpuram promovit. Is Sæcul. XV. A.C. 1478.
 erat Dominicus de Ruvere, patria Tau-
 rinensis, ac Frater Cardinalis Tarantasi-
 ensis, qui non ita pridem e vita excessse-
 rat. Adscriptus est Dominicus titulo S.
 Vitalis, postea ad S. Clementis Ecclesi-
 am transferebatur.

§. CLXXVI.

*Bosniensis Reginae obitus; illius Re-
 gnum Sedi Apostolicæ testamento
 relictum.*

Hoc anno post Christum natum mille-
 simo quadringentesimo septuagesimo
 octavo Bosniæ Regina Thomæ Regis
 conjux, quæ Anno millesimo quadrin-
 gentesimo septuagesimo quinto ob An-
 num sacrum Romam venerat, ibidem
 rebus humanis erepta est. Hujus me-
 moriæ Sixtus Pontifex monumentum e-
 rigi curavit, quod hodie in Ecclesia
 Aræ Cæli visitur. Illa Romanam Eccle-
 siam Regni sui hæredem testamento scri-
 psit, addita conditione, *ut si filius ejus
 ex Turcis rediret, defectionis antea dæ eum
 pœniteret, & Christianam fidem resumeret,*
in avitam illius possessionem restitueretur.
 Regina fati functa, duo illius familiares
 testamenti tabulas Pontifici obtulerunt,
 qui eas perlegit, ac unacum conditione
 apposita acceptavit. Posthæc iidem in
 Lega-

*Papiens.
 epist. 679.
 Chalcond.
 hist. Turc.
 lib. 10.
 Leunclav.
 Pandect.
 141. & 162.*